

& diligens. ecce peccatores. id est cogitationes pessimas & cupi-
 ditates pravas interfici & in matutino. ^{oratus sui} Iustus enim dicit in
 matutinis meditabor in te. quia fuisti adiutor meus. quod est
 istud matutinum. nisi dominus noster ihesus christus qui est lux vera oriens
 in cordibus nostris. atque in luminari ignorantiae nostrae tenebras.
 fecit nos in lumine suo lumen videre. Si quando ergo legas in
 scripturis iustorum pugnas. ceder ac strages interemptorum.
 & qui a sancti nullis penitus hostium parant. quin immo & si
 pepercerint reputare eis in peccatum. sicut reputatum est saul
 qui unum seruauerat agag regem amalech. hoc ^{modo} esse quos supra
 exposuimus. intellege bella iustorum. Quia haec bella ab eis
 aduersus peccatum geruntur. quomodo hi manebunt iusti si
 uel paruum aliquid peccati in se habent & ipsis seruauerint. & ideo
 dicitur de eis quia non derelinquentur nec unum quis saluus
 fiet. uel qui effugerit. fortasse non mihi credas.
 Quod aduersus peccatum. uides tibi pugnam proponi. & usque
 ad sanguinis profusionem istud tibi proelium consummandum.
 aut non euidenter haec indicat tibi scriptura diuina. &
 in his in quibus tibi moris est iecere sanctificate bellum. & pugna-
 bitis pugnam domini. Quid enim aliud sanctificare bellum.
 nisi interemptis omnibus animae nostrae hostibus. quae sunt uita
 peccatorum. & mortificatis membris quae sunt super terram
 atque omnibus malis cupiditatibus amputentur. effici se in
 corpore & spiritu & fortiter facientem. uenire ante conspectum
 diuinitatis. & pro palma uictricis uirtutis. merito corona-
 tieris a christo domino. cui est gloria in saecula saeculorum amen.
 EXPLICIT OMNIBUS VIII. INCIPIT OMNIBUS VIII. DE ALIARUM QUORUNDAM
 IESUS ET SCRIPSIT IN Lapidibus eius. dextero non lumen et quo
 modo legitur illud in agribus. totus populi stantis in garzin
 et hiebal et quomodo conuenerint reges amor-
 riorum aduersus ihm.